Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

in tiogate: Ætatem habet. ipse de se loquatur. Hec dixerunt
parentes eius. quia timebãt iudeos. Iam enim cõspiraueram
iudei. ut si qs eũ cõfiteretur xpm. extra synagogam fieret.
Propter ea parentes eius dixerunt. quia etatẽ habet. ipsũ mt
rogate. Vocauerunt ergo iterum hominẽ qui cec fuerat.
et dixerunt ei. Da gloriã deo. Nos scimus. quia hic homo pec
cator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nesciõ. Vnũ scio. qa cecus
cũ essem modo uideo. Dixerunt ergo illi. Qid fecit tibi? Qm
aperuit oculos tuos? Respondit eis. Dixi uobis. iam et au
distis. Qid iterũ uultis audire? Numquid et uos uultis di
scipuli eius fieri? Maledixerunt ei. et dixerunt. Tu discipulus
eius sis. nos aũ moysi discipli sumus. Nos scimus. qa moysi lo
cutus est dis. Hũc autẽ nescimus. unde sit. Respondit ille hõ. et
dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia uos nescitis unde sit. et
aperuit oculos meos. Scimus aũ qa peccatores ds ñ audit. sz si
quis dei cultor est. et uoluntatẽ eius fecerit. hũc exaudit. A se
culo ñ est auditũ. qa quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset
hic a deo. nõ poterat facere quicquã. Respondeuerũt. et dixerũt
ei. In peccatis natus es totus. et tu doces nos? Et eiecerunt
eum foras. Audiuit aũ ihs qd eiecerũt eũ foras. et cũ in
uenisset eũ dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Respondit ille
et dixit. Qis est domine ut credã in eũ? Et dixit ei ihs. Et uidi
sti eum. et qui loquitur tecũ ipse est. At ille ait. Credo do
mine. Et procidens adorauit eum. Off. Benedicite gentes do
mino deo nostro et obaudite uoce laudis eius qui posuit a
nimam meam ad uitam et non dedit commoueri pedes meos Bene
dictus dominus qui non amouit deprecationem meam et miseri